



- 1) Mamerani Luemburgi
Itinerarium Caroli V. 1545.
— 1547.
- 2) Ejusd. Catalogus Exercitus
Caroli V. 1546.
- 3) Ejusd. Catalogus familiae
aule Caesareae 1547. 1548.
- 4) Ejusd. Catalogus expeditionis
rebellium sub Joh. Fric. Elect.
Sax. et Philippo Landgravo.
Hessiae 1546.
-

IV, 55.

1, 236.

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]



no. 920

D. CAROLI
V. ROMAN. IMP.
AVG. ITER EX INFERIORE
GERMANIA AB ANNO M. D. XLV.
VSQVE AD COMITIA APVD AV-
GVSTAM RHETICAM INDICTA
ANNI M. D. XLVII. QVO VS-
QVE SINGVLIS DIEBVS
ET AD QVOT MIL-
LIARIA PER-
REXERIT:

AB

MAMERANO LVCEMBVRGO
ANNOTATVM, IAMQVE
DENVO REVISVM AV-
CTVM ET EMEN-
DATVM.

ANNO
M. D. XLVIII.

AD NOBILEM ET
STRENVVM VIRVM
CHRISTOPHORVM A
Schauuenburgo, Ma=
meranus:

*En Schaumburge tuis me respondere rogatis
Cernis, & ex uotis rata petita tuis.
Quae loca quotidie, per quas peragrauerit oras
Caesar, Flandriacum liquit ubi ipse solum:
Ac tandem bellis, subito domito hoste, peractis,
Augustam uictor uenerit in Rhetia:
Indicat exiguus per paucula uerba libellus,
Quod quis Caesareum ritè uocabit iter.
Is licet exiguus, tamen hoc sit nomine carus,
Quod uarium & longum Caesaris edit iter.*



NOBILI AC STRE-
NVO VIRO CHRISTOPHORO
AB SCHAUVENBURGO, EQVITI
AC EQVESTRIS ORDINIS
Ducatus Lucemburgeñ. Iudici,
Mameranus Lucembur-
gensis. S. D.



IN EPISTOLA, QVA NV
per literis meis hinc ad te datis, re-
spondisti, magnifice Schauuenbur-
ge, tantas agis gratias de misso tibi,
qui hinc de rebus recenter natis, ex-
taret uno & altero libello, communicatisq; simul
per scripta earum rerum, quæ uulgo hinc circumfer-
rentur pro tempore nouis, ut me penè pudere coe-
perit, tam exigui pro tanta gratitudine præstiti of-
ficij. Insuper & precibus mecum nimis quàm fami-
liaribus agis, sic perseuerare in huiusmodi & alijs
gratificare tibi uelim. Nam hac potissimum ratio-
ne sic me deuincturum te mihi, ut inter familiares
amicos me non esse minimum, cui plurimum debeas,
planè sis existimaturus: inter necessariös etiam non
postremum. Et cum ego tenuitatem rei excusans,
ut boni cõsulere uelles, quicquid id esset, rogarem,
tu statim, quò ueri amici & integerrimi animum de-
clarares, excusationem meam ueluti præuenire con-
tendens, ultro ad ueræ & inconcussæ amicitiae offi-
cium arctius adstringere & adligare te ipse uolu-
isti, usurpans commodè illud Catonis,

A 2

Exiguum

Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus,
Accipito placidè & plenè laudare memento.
Item illud $\zeta\epsilon\nu\acute{\iota}\omega\pi$ $\delta\upsilon\mu\acute{o}\varsigma$ $\acute{\alpha}\rho\iota\varsigma$ Θ , nimirum a=
mici animū magis, quā munus ipsum spectandum
esse. Præterea addis, nunquam te, quā diu inter
uiuos sis acturus, mei fore immemorē, Et in quibus=
cunque poteris, quæ usui mihi, honori ac saluti pro
futura cognoris, te semper ad officium præstò, pa=
ratissimūmq; mihi futurum. Quæ omnia tanta sunt,
quanta uel in antiquiss. & cui ex officio summè de=
uincti simus amicum maiora esse non possent. Hac
itaq; tanta tua in me beneuolentia haud immeritò ex
citatus, apud me sic decreui, ut omnia mea uicissim,
quæcunq; illa uel essent, uel esse aliquando fortasse
possent, tuæ uoluntati ad omne obsequium ex debi=
to officio semper deseruirent. Ac ut à minimo ex=
ordiner, nunc exiguum libellum, qui Cæsaris iter
ex biennij ferè spacio, ex quo tempore inferiorem
Germaniam relinquere cœpit, usq; ad hanc ciuita=
tem, ad certa & loca & miliaria singulorum die=
rum continet, principio ad te mittendum putauī.
Quem scio & ipsum pro ea, qua es perpetua in me
beneuolentia, lubenti te animo & percandido am=
plexaturum: atque adeò inter præcipua amicitiae
monumenta, primòq; loco habiturum. Tum quia ab
conterraneo, tui semper studiosiss. proficiscitur:
tum uerò maxime, quòd inuictiss. Christianissimiq;
Cæsaris illud iter distinctè continet, per quod in=
gressus, inobedientium ac rebellium ceruices rigi=
gas & erectas confregit & edomuit: pacemq; &
felicitatem antiquam Germaniæ, solo patrio resti=
tuit,

tuit, ac dissidentium inter sese, mutuamque in perniciem seditiose aestuantium Principum, atque ciuitatum animos, in concordiam & unanimitatem redegit. De rebus autem gestis singulorum dierum & expeditis, hic perparcam, ac pene nullam mentionem facimus, quod illas seorsum in commentariolum retulerimus: sicuti & reliquum Cæsaris iter annorum præcedentium in itinerarium nostrum inseruimus, quod de tota penè Europa peragrata conscripsimus. Cuius etsi maior pars, partim inter peregrinandum casu malo, partim absentibus nobis, è cistis reclusis, unà cum librorum haud exigua suppellectili, furto subtracta nobis deperierit: tamen fragmentum adhuc quoddam alio forte in loco depositum remansit. Quod ipsum quamlibet licet mutilum & deformatum, publicare tamen aliquando (nisi & ipsum interim interciderit) in usum hominum decreuimus, si Deus & uitam concesserit, & in certam aliquam uitæ tranquillitatem tandem aliquando ex uagis & incertis sedibus, quibus ad multos iam annos peregrinando oberramus, uocauerit. Ad quam iamdudum post multas nostras, & difficillimas nostris expensis institutas totius fermè Europæ peregrinationes, pleno desiderio adspiramus, saturi tandem circumcurstationum & inquietudinis. Iuuabisque & tu hac in parte, uel ratione patriæ, nonnihil, cui commo-
dandæ omne ab initio meum studium, cogitatúmque omnem usque infusum conuerti, & nunc maxime, cum tam miserè annis superioribus, tot maximorum, grauissimorumque bellorum undis distracta &

uastata sit, ut merito speciali aliqua gratia, ad re-
cuperandam sese à benigniss. Cæsare, ad annos a-
liquot prouideri, digna haberi possit: præsertim
ijs locis, quæ uim grassantis militis, uastationem-
que, & irrecuperabilia damna sustinuerunt. In-
ter quæ, & meum natale solum, Mamera in primis
censeri potest, quæ simul & ferri seuitiem, truci-
datis crudeliter incolis, & flammæ depopulatio-
nem funditus ad unam usque domum ab ferociente
hoste sensit? tum castrorum ibidem defixorum in-
enarrabilem rerum omnium excisionem pertulit.
In qua uastatione & mihi domus mea incendio ab-
sumta, & pomarium nouellum, mea aliquando ma-
nu magna ex parte consitum, ampliss. ad minimam
usque arbusculam à bruto & communis rationis
exuto milite, petulanter excisum deperijt. Ad
quam benignitatem ab benigniss. Cæsare impetran-
dam, haud parum adiumenti cum te, tum fratrem
tuum Bernhardum adferre posse, non temere exi-
stimauerim: Viros nimirum ex nobili & antiqua
familia inter Lucemburgicam nobilitatem spectan-
dos. Quorum alterum post multa & clariss. bel-
lica seruitia ab ipsa statim adulescentia usq; huc ad
multos annos Cæsari præstita, & suæ aulae Mari-
schalcum ipsa Cæs. Mai. simul & militiæ non in-
fimum Præfectum esse uoluit: Alterum, hoc est, te,
nobilitatis Lucemburgicæ, militariûmque, in con-
trouersijs & causis forensib. Iudicem. Fratres et-
iam reliquos Maximinum uidelicet & Harthar-
dum uobis iuniores, inter militares duces, militaris-
que disciplinæ Præfectos recensuit: ut Schauen-
burgica

burgica familia, cum ante uetustate præcelleret,
nunc etiam celebritate, rerumque cum uirtute &
gloria gestarum splendore clarescat. Bene uale

Patrone candidiss. & de tuo Mamerano, ut
cœpisti, sic usque bene sentire perge.

Augustæ Rheticæ 12. Calend.

Ian. Anno 1547.

Anno 1545.



AROLVS V. ROM.
Imp. Aug. cum soluto septi=
ma Augusti apud Wormati=
am, in superiore Germania
ad Septentrionalem Rheni
ripam antiquam & celebrē,
Imperij ciuitatem, (à Ptolo=
mæo Brethomagū dictam, eiusq; incolas & circum=
uicinos Vangiones, nos Fungauios à Fungau fini=
tima regione dicimus) quò 16. Maij uenerat, Prin=
cipum, qui per pauci admodum eò tum cōuenerant,
Statuūmq; Imperij conuentu: indictisq; alijs ad Ra=
tissonam Comitijs, inferiorem Germaniam repetis=
set: pauxillūmq; Bruxellæ, quæ primaria ducatus
Brabantici urbs est, amœnitate situs, nimirum in=
ter nemora, campos & prata, aërisq; & fontiuū sa=
turientiuū salubritate nulli alteri cedens, recreandi
animi gratia quieuisset: mox cōfectis ibidē ijs, quæ
ad eius ditionis statū tunc spectabāt negocijs, rur=
sum Germaniã superiorē ob Comitia Ratisponæ in=
dicta, repetere decreuit: ut quæ res in wormatiē.

A 4 re

recessu fluxæ & incompressæ remanserant, ibi res
collectæ & pertractatæ, ad meliorem Christianæ
Reipub. statum, magisq; salutarem tandem aliquan-
do reducerentur. Itaq; decima quinta die Octobris
à meridie inter primam & secundam Bruxella pro-
fectus, usq; Mechliniam, itidē Brabantia non minus
atq; Bruxella, tum dominij titulo, tum celeberrimo
totius Gallæ Belgicæ Senatu clarum ac celebre op-
pidum, amœnitate etiam loci & ædificiorum atq;
platearum pulchritudine spectabile, transijt itine-
re milliarium Germanicorum communium iij

enabat
ebat. 19 Mechlinia discedens, usq; Teneræmundam
Flandriæ oppidum, aliàs Comitatus Imperij titulo
clarum, abiit, ad milliaria V

20 Illinc usq; Gandauum, maximam ac celeberrimam
Flandrici Comitatus, totiusq; Gallia Belgicæ
Vrbem, & permunitam ob tres in ipsa confluentes
amnes: tum ob ipsius Cæsaris natiuitatem clarissimam,
perrexit, ad V

Ibidemq; rebus eius ditionis id requirentibus re-
quieuit diebus quatuordecim.

3 Nouembris Gandauo discedens, usq; Eicheloam
transijt, ad iij

4 Illinc usq; Brugas, alteram Flandrici comita-
tus insignem, elegantissimamq; & peramœnam
Vrbem: dudum diuersarum nationum mercato-
rum frequentia percelebre, clarissimūmq; empo-
rium, ad V

Hic Vndecim diebus tum ob negocia, tum ob
Valetudinem curandam quieuit.

16 Brugis discedens, redijt Eicheloam, ad V

17 Illinc

17 Illinc usq; Hantuerpiam traiecto Schalda flue-
uio, tunc aëris intemperie uehementi turbato, Pluebat
transijt, ad

V
Hantuerpia à Ptolomeo Atuatucum Vocatur,
oppidum Brabantiae ad Schaldam fluuium muni-
tissimum, Vnum nobilissimum hodie, celeberrimūq;
totius Germaniae Emporium, ac sacri Ro-
mani Imperij Marchionatus titulo celebre, sic à
proiectione manuum Vocatum. Nam hant manus
est, & werpen proijcere. Aiunt enim eū locum olim
à quodam Tyranno Gigante inhabitatum fuisse,
qui Schaldam fluuium traiecturis, si forte uecti-
gal, quod ille in medio flumine ex tempore pro ar-
bitrio & imponebat & exigebat, soluere non pos-
sent, alteram manum præciderit, in fluuiūq; ab-
iecerit. Quē deinde quidā Brabo Iulij Cæsaris per
eam regionē præsidiariorū militū præfectus, unde
& Brabantiae nomē, cognita hominis tyrrannide in
pugnā prouocatū, uicerit, ambabusq; manibus am-
putatis & in flumen abiectis, ipsum quoq; proiectū
merserit. Vnde tū deinde Hantuerpia is locus uo-
cari cœptus sit. Abieruntq; deinde cū ob rei memo-
riam, tum ob sublatae tyrannidis beneficium, duæ
manus cum castro in eius Urbis insignia seu arma,
Germani superiores ab Etymologia ignoranter re-
cedētes, Antorff pro Hantuerp dicunt. Galli autē
propius acedunt, cum Anuers uocant.

Prima Decembris Hantuerpia discessit usque Serena-
westmallium castrum, ad

2 Vsq; Turnhautum castrum & pagum, ad

3 Vsq; Beam pagum, ad

A 5

4 Vsq;

ij bat et ge

ij labat.

ij

4 Vsq; Buscumducis (Siluam ducis sonat) haud ignobile Brabantiae oppidum, aquis & mœnibus munitum, ædificijs cultum ac splendidum, ad IIII

Hic ob aëris intemperiem ualetudinarius quieuit diebus sexdecim.

ingebat. 29 Buscoducis discessit, traiectoque Mosa usq; Bommellium, Geldriae oppidum, aquis & aggeribus munitissimum, ad Occidentalem & walis fl. ripam situm, perrexit ad longissima milliaria II

30 Illinc discedens per Buram oppidum & castrum, comitatus titulo celebre, in quo prandium fecit, traiectis & wali, Linga & Rheno fl. usque Vicum Hollandiae oppidum, ditionis Vttraiecten. ad Orientalem Rheni ripam situm, transijt, ad magna milliaria IIII

31 Vsq; Vttraiectum Hollandiae metropolim, situ & arte munitum, profectus, ad II

ingebat
nsissime Ibi 4. Nonas Ianuarij, Heroum conuentus de numero ordinis Phryxei seu Gedeonis uelleris aurei augendo haberi ac celebrari coeptus est, ipsisq; Nonis eiusdem finitus. Quod festum quibus ceremonijs peractum sit, & qui in eum ordinem de nouo tum adsciti sint, in libello ea de re conscripto retulimus. Nomen autem hæc ciuitas, Vtrecht, lingua inferioris Germaniae habet, quasi ex Traiecto, ab eo quod incolæ traiecti Mosæ (quod oppidum tum solum Traiecti nomen, quod Romanorum ibi copiae Mosam fluuium traiecerint, habebat) bello quondam ijs sedibus pulsus, in hæc usque loca descenderit, ciuitatemque eiusdem nominis ibidem condiderint, nisi quod Traiecto uocabulo, ut, particu
lam

lam Germanicam eius patriæ, quæ Latinè ualet,
ex, sicut apud superiores Germanos, auß, particu-
la, originem gentis indicãtem, præponerent: non-
nullisq; etiam pagis in ijs locis à se conditis, eorum
pagorum, quos apud Mosæ Traiectum relinquere
coacti sunt, nomina eadem imposuerunt.

3 Februarij, Cæsar Vttraiecto discessit, atque Gelabat
per Vicum & Renem oppida transiens, usque ðwa
genichum munitissimum Geldriæ oppidum ad O-
rientalem Rheni marginem situm, perrexit, ad mil-
liaria. V

4 Vsque Arnheimium seu Arenacum, Rheni in
eadem ripa oppidum, ad II.

7 Arnheimio profectus, Isaláq; Rheni ostio tra-
iecto, usq; Zutphaniam oppidum, & munitum, &
comitatus titulo celebre, transiuit, ad III.

8 Redijt Arnheimium, ad III.

9 Vsq; Neomagum seu Nouiomagum, traiecto Pluebat
prius ðwali, altero Rheni ostio, ad II.

Antiquum hoc Imperij oppidum, ac Ducatus
Geldriæ primarium, munitum & ipsum ac elegãs,
ad occident. ðwalis ripam situm.

15 Neomago discessit usq; Genapium oppidum, Gelaba
ad milliaria III.

16 Vsque Venloam, munitissimum & hoc Gel-
driæ oppidum, ad milliaria III.

17 Vsque Ruremundam ad Mosam fluuium, ubi
Rura Mosæ influit, oppidum Geldriæ munitum
& ipsum, ad IIII.

18 Vsq; Stoccum in Episcopatu Leodiensi, oppi-
dum & castrum munitum, ad IIII.

19 Vsq;

19 Vsq; Mosetraiectum, partim Brabantica,
partim ditionis Leodien. oppidum splendidum,
pontem habens lapideum super Mosam fluuium
insignem, ad

iiij

Hic ob negocia certa, dies haesit decem, fuitq; fri-
gus usq; intensiss.

luebat. 2 Martij Mosetraiecto discedens, Leodium anti-
quam Imperij apud Eburones in Episcopatu Leo-
dien. & praecalam inter montes super utranque
Mosae ripam ciuitatem, frequenti canonicorum nu-
mero celebrem perrexit, ad

iiij

Haec ciuitas ab antiquis Legia dicta est, sicuti ad
huc hodie à uulgo ibidem suo idiomate, quod illi
Gallicum est, Liege uocatur, à legionibus Iulij Cæ-
saris sub Arunculeio & Cotta praefectis ibidem ab
Ambiorge Eburonum Rege caesis ac deletis, ut dif-
fuse tradit Hupertus Leodius uir doctissimus, olim
Luduici, nunc etiam Friderici Comitis Palatini
Elect. Secretarius in edito de Eburonibus ac Ton-
gris libello. Iuxta hanc ciuitatem adhuc hodie fon-
tes quidam ab Arunculeio & Cotta, & Q. Cice-
rone, qui in praelio fuga euasit, nomina retinent. Et
circum eam Carbonariae petrae in ignis usum exi-
mis montium uisceribus ingenti copia exciduntur.
Sic à Deo ob lignorum in ea ditione penuriam pro-
uisum, ut interior pars montium ignis fomenta pra-
staret: exterior uitibus adcommoda, uina rubella
in copia defunderet: campi à montibus in planum
recedentes uberi gleba ac feraci fruges ubertim
proferrent, Germani inferiores uocant eam Luck:
Superiores Luttich, ineptè utriq; rectius Galli, ut
diximus, Liege.

3 Martij

- 3 Martij illinc inter montes iuxta Mosam usque
Hoyum oppidum, super Mosam in ditione Leo-
dieñ. profectus, ad I III
- 4 Per montes & sylvas, usque Herencapellane
pagum, ad milliaria II
- 5 Per montes & sylvas usq; Rupem (Felz, Ro-
che) oppidum & castrum Ducatus Lucemburgi-
ci, ad milliaria V
- 6 Per montes & sylvas usq; Bumallium pagum
& castrum, ad III
- 7 Per montes & sylvas usq; Bastoniam seu Basto-
nacum oppidum in Ardenna, ad I III
- A Leodio usq; huc & adhuc ad duo milliaria.
ulterius lingua incolis Gallica est, sed barbara, de
inde Germanica incipit.
- 8 Per nonnullas sylvas usq; Aramlunæ antiquissi-
mum Lucemburgie oppidum, ueterum olim Roma-
norum præsidium atq; ærarium, uti adhuc hodie in
uetustis ibidem monumentis cernitur, ad VI
- 9 Hinc per montes & Ardennæ sylvas usq; Iuo-
dium oppidum in limitibus Lucemburgie, qua
Franciam spectat, arte et natura loci permunitum,
eius uisendi gratia perrexit, ad VIII
- 10 Per montes & sylvas usq; Thanuillam oppi-
dum & castrum in prandio, ad V
- Et inde usque Montemadium oppidum & ca-
strum in cœna, ad III
- 11 Illinc usque Halleßy pagum progressus, ad
milliaria V
- 12 Usque Lucemburgum, eius Ducatus Metro-
polim profectus, ad V
- Hec

Hæc urbs antiquissima est, & à Ptolomeo Roman-
dissa uocata, & incolæ Romandui, situ omni-
um, quas in diuersis mundi nationibus, quis unquam
uidere posset, supra modum mirabili, inter & super
montes, atq; etiam sub ipsis montium rupibus, adeo
ut de se publicum in uulgus adagium pepererit:
Nunquam uidelicet ullam auem tam in sublime sub-
uolasse, quæ eius urbis faciem ac situm penitus con-
templari & intueri potuerit. Mutato deinde nomi-
ne, Lucemburgum, seu Lucilburgum uocari coepta
est, sub incerta apud nos quidem ratione, an ab Lu-
cillo aut Lucullo, qui ibi sedes habuerint, an à luce,
quod in editiore loco sit. Certè propter uicinas
circunquaque ferme siluas à luco minimè nomen ac-
cepit, cum à principio potius sic nominari debue-
rit, cum uastior adhuc nemorum solitudo circum-
existeret. Galli & scribunt & pronunciant Luxem-
burgum, incolæ Lutzenburgum, Germani supe-
riores Lutzelburgum, cuius eiusdem nominis qui-
dam pagus apud Augustam Rheticam extat, in quo
incolæ penè omnes figuli ollarij sunt. Habuit hæc
urbs olim nobilissimos duces, ut Romano imperio
quatuor Reges ac Imperatores pepererit, qui eti-
am Bohemæ Reges ad annos amplius 126. extite-
re: ueluti fuere Iohannes, Carolus, Venzeslaus, &
Sigismundus. Hic natus fuit & sanctus Petrus ille
Cardinalis Lucemburgensis, qui Auinione ad Cœ-
lestinas colitur, ueneno ob uitæ austeritatem & san-
ctimoniam à pestiferis quibusdam sublatas, Anno
ætatis suæ 19. Hæc urbs etsi summa difficultas ob
situs uarietatem in ea munienda obferretur, tamen
iam

iam munitissima à Cæsare, sed summis expensis effe-
cta est. Hic Cæsar reficiendæ familiæ & equorum
ex itinere defessorum, tum situs eius loci contem-
plandi caussa, dies quinque quieuit.

18 Lucemburgo discessit usque Siricam ad alte-
ram Mosellæ, quem ibidem traiecit, ripam si-
tum oppidum Ducatus Lotharingiæ, ad millia-
ria IIII.

19 Illinc usque Waldersingam oppidum Lotha-
ringiæ, ad IIII.

20 Vsque Sarbrugam (Saræ pontem) oppidum
Comitum à Nassaw, ad III.

21 Vsque Zweybrugam oppidum & castrum,
Geminum pontem, ad III.

In Comitatu Veldensi oppidum & castrum hoc
Comitis Palatini Ducis Bauariæ. Vulgò dux à Ge-
mino ponte uocatur, sicuti Dux à Simmeren, Dux
à Monaco, quòd in ijs ut plurimum degant, sedem-
que & aulam teneant, & tamen sunt Comites Pala-
tini ac Duces Bauariæ.

22 Illinc per Landstallum oppidulum & Ca-
strum nobilium à Sickingen, apud quod in agro
gentilium adhuc quædam ara cernitur, usque Cæ-
saris Luthæram (Keisersluter) transijt, ad milli-
aria VI.

Imperij oppidum hoc impignorum Anno Do-
mini M. CCCC. II. unà cum Oppenheim, O-
dernheim, & Ingelheim Comitibus Palatinis, pro
centum millibus florenorum. In eo arx est mirabi-
li structura, ualde munita, à Friderico primo, co-
gnomēto Aenobarbo seu Barbarossa Imperatore,
extruz

extracta, ab eoque primum Cæsaris Luthæra nunciari cœpit, cum antea Luthæra tantum uocaretur, quòd in ea ad multos annos aulam atque sedem teneret. Hunc Fridericum Imp. Adrianus IIII. Pontifex Max. ingenti accepta pecunia anathemate ferire meditabatur, sed dum tam tetrum facinus animo uolueret, accidit ut dum fortè è fonte aquam bibiturus hauriret, muscam cum haustu aquæ imbiberet, qua subito extinctus est. Deinde Alexander III. Papa eum excommunicauit, quem huc Cæsar adegit ut Venetias profugus culinariam profiteretur, licet tandem inter se amicitiam sarcirint ac redintegrarint, ut diffuse Cuspinianus tradit. Porro Frid. in Armeniam contra Saladinũ Babilonicum, terram sanctam deuastantem, ingenti exercitu ducto, in æstate sudorẽ fortè in Serra Flumine abluturus in Tharso prope Taurum montem penè è regione Cypri ad Septentrionem, uorticibus fluuij absorptus, in omniũ conspectu periit. Id oppidum totum super fundum petrinũ ac saxeam edificatum est, et tamẽ miro modo ubicunq; quinq; aut sex pedes per saxa in altũ foderis, statim aquã uberum reperis. Hinc caueas ferè nullas habet, nisi arte aqua exclusa cameratas, & macerie consolidatas.

23 Hinc per ualles & syluas, usque Nustadium (nouam ciuitatem) Comitum Palatini oppidum profectus, ad milliaria

24 Martij, usq; Spiram, Imperij ad occidentalem Rheni marginem ciuitatem antiquissimam, olim Nemetum dictam, incolas atque circumuicinos Nemetes, ubi Iulius Cæsar legitur non semel in hyber-

hybernis egisse, ad

iiij

Atq; hîc 25. uenit ad Cæsarem Sebastianus Epi-
scopus Moguntinus Elector : & 26. Fridericus
Comes Palatinus Elector : & Wolfgangus Ma-
gister ordinis Dominorum Theuton. Admini-
strator Prussîæ : & 27. Philippus Landgrauus
Hessîæ.

30 Martij, Cæsar traiecto Rheno comitatus
usq; in uenationem obuiariam & transcursoriam
Comite Palatino & Landgrauio, Spira discessit
usq; Sunsheimium oppidum Comitis Palatini, ad
miliaria

IIII

31 Illinc usq; Horneggam ad Neggerem fluuiũ,
quem alij Nicrum uocant, Castrum Magistri ordi-
nis Dominorum Theuton. ad

iiij

Tres sunt Germaniæ fluuij, ad quæ optima ui-
na atq; nominatiss. crescunt, & quæ ab ijs nomina
sortiuntur, Rhenus, Mosella, Negger, seu ut alij,
Nicrus. Vocanturq; uina Rhenana, quæ primas
partes tenent, atq; nobilissima habentur : Mosel-
lana, quæ secundas, & in nonnullis locis, ne quidem
ipsis Rhenanis, etiam melioribus, cedunt : & Neg-
gerana, quæ postremas, sic tamen ut & ipsa in qui-
busdam locis cum ipsis Mosellanis contendere pos-
sint. Nam ad Danubij tractum, Oeni atq; Meni,
cũ quoq; uina non infimæ sortis proueniant, ta-
men non huiusmodi sunt, ut nomina ab ipsis flumi-
nibus celebria accipiant.

Prima Aprilis traiecto supra Zwimpinam, an-
tiquissimum Imperij opp. Neggere, usq; Nuenstei-
num oppidum Comitis ab Hoenloch perrexit,

B

ad

ad milliaria

II.

2 Aprilis usq; Crailsheimium oppidum Marchionis Brandenburgensis ab Onoltzbach in Burgraviatu Nureimbergensi, ad

IIII

3 Vsq; Dinchelspyhelam antiquum Imperij oppidum, ad milliaria

II

Sic nominatum hoc oppidum est à tritici nobilioris specie, unde deliatissimus panis fit, similis Zeæ. Vulgus Germanorum Inferiorum Speltam uocat, Superiorum uerò Dinckel: & à colle, quem Germani Pyhel uocant, quòd ad colles iuxta hoc oppidum plurimum eius generis tritici proueniat. Quod opp. græca compositione haud ineptè quis Sitorionopolim uocari poterit. In hoc oppido optimum nominatissimùmq; mulsum, quod uulgus Medonem uocat, coquitur: Sed non, ut Plinius docet, ex uino et melle, uerū ex aqua & melle, cum additis nonnullis speciebus, ut non οἰνόμιλι sed ὑδρόμελι uocari debeat, licet et hoc apud Medicos ab eo diuersum nõnihil uideri possit. Venditurq; ob bonitatem carius uino, sed ei non inferius esse uidetur, quod hodie Augustæ Rheticæ coquitur.

5 Hinc usq; Oetingam in Riesa oppidum, comitatus titulo celebre profectus, ad

IIII

6 Vsq; Verdum seu insulam Danubij (Donauerdam Imperij ad Septentrionalem Danubij ripam oppidum, ad

III

Hinc Cardinalis Augustanus cum centum equitibus Cæsari obuiam progressus, ipsius Maiestatem excepit.

7 Traiecto Danubio illinc usq; Neuburgum ad

Meris

Meridionalem Danubij marginem oppidum Otho-
onis Henrici comitis Palatini, in superiore Pala-
tinatu sub feudo Imperij, arte & natura loci mu-
nitum, in quo castrum amœnissimum ad ipsa mœ-
nia est, ad III

8 Inde usq; Ingolstadium profectus, Bavarici Du-
catus oppidum ad Meridionalem Danubij ripam,
ualde munitum, & ob claram in eo studiorum Aca-
demiam percelebre, ad IIII

Hinc Card. Augustanus ex serijs negocijs à Cæ-
sare Monacum, ad Ducem Bauariæ missus est.

9 Ingolstadio usq; Kelheimiū oppidum discessit,
ad milliaria VI

10 Usq; Ratisponam, antiquam Imperij in Bava-
ria ad eandem Danubij ripam, claram, percele-
brēmq; ciuitatem, à ueteribus Retabonam & Au-
gustam Tiberij dictam, ad milliaria III

Hic quoniam Comitia indicta erant, ad quæ cum
Principibus, Statibusq; Imperij habenda Cæsar ue-
nerat, referre obiter haud præter rem fore duxi,
qui nam Principes, & quo quiq; tempore eò uene-
rint, atq; discesserint.

12 Aprilis, uenit Ratisponam Otho Cardinalis,
& Episcopus Augustanus.

8 Maij, uenit Albertus Marchio Brandenbur-
gensis, cum Christophoro Landgrauio ab Leuch-
temberga, & Friderico Comite Palatino Duce in
Simmeren.

9 Venit Ericus Iunior Dux Brunswicensis.

10 Cæsar Straubingam, elegans Bauariæ ad
Danubium oppidum sex milliaria infra Ratispo-

B 2 nam,

nam uenandi gratia profectus.

12 Venit Ratisponam Episcopus Patauiensis, & Ioannes Marchio Brandenb. frater Electoris.

14 Venit Episcopus Bambergensis.

16 Cæsar Straubinga Ratisponam redijt.

18 Venit Episcopus Hildeshemensis. Itemq; Iulius Pflug Episcopus Numburgensis.

21 Venit Christophorus Cardinalis Tridētinus, cum Hillebrando Barone à Madrutz fratre & Felice Comite ab Arch. pluribúsq; alijs illustribus ac nobilibus uiris. Prodiitq; extra portam ipsi obviam Cardinalis Augustanus.

22 Venit Melchior Episcopus Herbipolitanus, Dux Franconiæ.

23 Venit Episcopus Tullensis.

24 Discessit Cardinalis Tridentinus. Eademq; die à meridie inter nouam & decimam noctis, uenit Mauricius Dux Saxonie.

26 Venerunt Albertus Dux Mechelburgensis & Mauritius Episcopus Aichstetensis, seu Dryopolitanus. Nam duplex eius ciuitatis, unde hic Episcopatus nomen habet, Etymologia adferri solet. Vna eorum, qui putant eam à quercubus, quarum frequens circum eam numerus est, sic nuncupatum. Nam Aich lingua Germanicæ quercus est, atque ea ratione, scribendum esse Aichstat, quam sic comode græco etiam uocabulo Dryospolim uocare posses. Altera eorum, qui ab ouo sic adpellatam autumant, quòd in montium undiq; circumsurgentium rotūda ac subsidente decliuitate & ualle sita, ueluti ouum in medio nido extet. Qua ratione scribendum

scribendum sit Eystat, quod est oui oppidum, quod
græca compositione Oionopolim rectè uocaueris.
Incepisse autem hunc Episcopatum sub Bonifacio
Pont. Max. commemorant, Anno Domini 745. Et
est unus ex quinque Bauariæ Episcopatib. quos re-
censet AENEAS SYLIUS, in primis splendidus ac
opulentus.

28 Venit Ferdinandus Rex Romanorum, manè Tempest
sub horam quartam, per equos dispositos sex. aëris ext

30 Maij, uenit Vilhelmus Dux Buarie cum uxo- tit.
re & filio, manè ad horam quintam. Eademq; die à Serenab
meridie uenit Wolfgangus Magister ordinis Do-
minorum Theuton.

3 Iunij uenit Philippus filius Henrici Ducis
Brunsuicensis tum captiui sub Landgrauiio.

5 Ad horam decimam ante meridiem post solen-
ne sacrum in æde cathedrali per Cardinalem Au-
gustanum celebratum, incepta sunt in prætorio ci-
uitatis Comitia, ac propositio prælegi et exhiberi.

11 Iunij, uenit Anna Regis Ro. uxor, cum Maxi-
miliano Archiduce Austriae, ac quinque filiabus. Pluebat.

4 Iulij celebratæ sunt nuptiæ inter Albertum
Ducem Bauariæ, & Annam Archiducem Austriae,
Ferdinandi Regis Romanorum filiam. Sacrificium
Missæ fecit Cardinalis August. eosq; matrimonio
copulauit.

7 Iulij, uenit Ernestus Episcopus Salisburgensis
Hoc nomen Ernestus, origine & compositione
Germanica uenit (ut hoc obiter dicam) sicuti mul-
ta alia nomina propria: sonatq; honoris firmus seu
ualidus. Ac uerè non Ernestus, sed Ernuestus scribi

Et pronuciari deberet. Ern genitiuus est, ab Ehr honor. V est, ualidus. Hinc Romani olim Sueuorum illum Regem, de quo multa et apud Cæsarem in Cõmentarijs, et Tacitum, et Suetonium, omnesq; penè alios antiquos historicos, mentio fit, cum Germanicam pronuciationem et uoces non satis consequi possent, eum Ariouistum uocauerunt, cum Ernuestum debuerint: sicuti alibi ijdem, ducẽ illum (Cheruscorum, qui Quintilij Vari legiones fudit, Arminium uocant, cũ reuera Hermannus uocaretur. Huiusmodi plura Germani nomina propria habent composita, ueluti Eberhardus, instar apri durus: Bernhardus tam durus ut ursus: Leonhardus ut Leo: Reinhardus puritatis durus: Hulricus fidelitatis diues: Ericus honoris diues: Fridericus pacis diues Gotfridus dei pacificus: Conradus audax cõsiliij: Volradus plenus consiliij: Wolfgangus Lupi transitus: Rhammundus ore purus &c.

8 Discessit Episcopus Herbipolitanus.

10 Venit Sebastianus Archiepiscopus Moguntinus, Elector.

16 Idem discessit. Eademq; die uenit Vilhelmus Dux Cliuia, Iulia ac Bergæ.

18 Celebratæ sunt nuptiæ inter Vilhelmum Ducem Cliuensem, et Mariam Archiducem Austriae, Regis Romanorum filiam. Et hic Sacrificium Missæ Cardinalis August. peregit, eosq; matrimonio iunxit.

20 Aduenere duodecim signa Hispanorum perditum ex Hungaria. Et quingenti equites Germanorum, sub Alberto Marchione Brandenburgensi,
et

et Wolfgango Magistro Theutonico.

21 Iulij manè sub horam quintam, Rex Romanà cum Regina et filio Ferdinando, tribusq; filiabus, naue conscensa, Ratispona discessit per Danubium usq; Lincium opp. descedens. Eademq; die à meridie discessit dux Bauariæ cum filio, eiusq; uxore.

23 Discessit Episcopus Salisburgensis.

Pluebat.

24 Discessit Dux Cliuensis cum uxore.

25 Discessit Episcopus Bambergensis. Eademq; die aduenère sexcenti fossores Bohæmi.

Penultima Iulij appulere Bombardæ à Vienna Austriae per Danubium aduectæ, cum reliquo apparatu bellico, ueluti sunt globi ferrei, puluis nitriarius, potiùmq; naualium, cymbæ.

3 Augusti, Caesar Ratispona cum pauco admodum, quem tum habebat, et peditatu et equitatu, nimirum cum quatuor signis peditum Germanorū, duodecim Hispanorum, quingentis equitibus sub Alberto Marchione Brandenburgensi, et Magistro Teutonico, aulæq; nobilibus ac Cataphractis discessit usq; Neuserfiam pagum, ad milliaria V

Inter hunc pagum et Ratisponam Marchio Maringanus, Hillebrandus à Madrutz, et Georgius à Ratispona primarij, cum suis peditum cohortibus accessere.

4 Augusti, usq; Lantsbutam perelegans Bauariæ oppidum, ad IIII

5 Discessit Ratispona Episcopus Patauiensis. Pluebat.

7 Aduenère decem signa Hispanorum ex Neapoli

14 Iohannes Fridericus Dux Saxonie Elector,
& Philippus Landgravius Hessie, literas fecia-
les Cesari Landshutam miserunt, quæ cum ob læ-
sæ Maiestatis crimen, resignationi & lectioni indi-
gnæ haberentur, illi per eundem latronem remissæ
sunt.

15 Cesar cum exercitu, quem tum undecim mil-
libus Italorum peditum, & sexcentis equitibus Ita-
lis, sub Octavio duce Camerino Primario: qui 13.
Augusti illuc aduenerant: Et decem signis Hispano-
rum ex Neapoli: Et 14. signis Hispanorum ex
Insubria: Et 500. leuis armaturæ equitibus, quorū
300. à Duce Florentiæ, & 200. à Duce Ferrariæ
missi erant: Et decem signis Germanorum peditum
sub Bernhardo à Schauenburgo, ac quinque sub
Georgio cognomento duce, auctum habuit, qui om-
nes penè una & eadē die simul aduenere, de Lands-
huta usq; Neufersiam redijt, ad milliaria IIII

Quantum autem hic exercitus deinde progres-
su, accessione & peditum & equitum auctus sit, in
Catalogo Primorum & Ducum totius exercitus
recensuimus.

16 Vsque Schirlingam, ad IIII
17 Vsque in agrum Ratisponensem, ad II
21 De Ratisponensi campo cum exercitu disces-
sit usque Landgardam, ad II
22 Vsque Auensbergam, ad II
23 Vsque Nustadium oppidum, & Mirringam
pagum iuxta Danubium, ad I
24 Illinc traducto partim per pontem naualem,
partim per sublicium eius loci exercitu, in alteram
ripam

ripam transijt usque Keisershouium pagum, ad
milliare I

25 Ibidem commoratus est Pluebat

26 A meridie illinc moueri castra coepta sunt Serena=
rursus Ingolstadium: quò peruentum est par=
bat. tim eadem die sub noctem, partim ipsa nocte &
altera die mane ante & post diluculum, ad mil=
liaria IIII

30 Augusti, mane circa horam octauam hostis
centum & undecim Bombardis grandioribus, ut
quàm densissimè perpetua eiaculatione, citra ta=
men magnum Caesareanorum discrimen, id quod
mirum uideri potuit, in tanta globorum tempe=
state ac grandine, in Castra Caesaris fulminare
ac detonare coepit, perseuerauitque indefinenter
usque ad secundum Septembris. Similis & tam
crebra atque importuna Bombardarum effulmi=
natio ac detonatio, nunquam in ullo uel conflictu,
uel obsidio ante audita est. Verum ut ab hoste tam
petulanter importuno hæc ita tentata sunt, sic à
nostris nequaquam, omniùmque minime feriatum
est. Mox enim fossis & aggeribus incredibili cele=
ritate, eadem adhuc die castra muniri per nostros
coepta sunt. Quæ munitiones nocte sequente ita e=
leuatae sunt ac dispositæ, ut hosti nulla facilis us=
quam incurfio, sine summo discrimine patuerit. Die
uerò altera cum insequente nocte prorsus in abso=
lutionem incessabiliter per militis indefessam indu=
striam & alacritatem perductæ sunt, ut iam ueluti
in despectum, si quem fortè instituere molirentur,
hostium insultum ponere potuerint.

B 5

Septem=
=

15 Septembris Maximilianus Comes Buranus,
cum uiginti quatuor signis peditum Germano-
rum Inferiorum, & sex Hispanorum atq; Italorum,
lorum, ac penè quatuor millium equitum, sub sua
quidem persona, copijs, se cum Cæsare coniunxit.
Nam uenerunt præterea cum eodem Burano Co-
mite pariter aliquot equitum turmæ Alberti & Io-
hannis Marchionum Brandenburgensium, & Ma-
gistri Theutonici, atq; Erici Iunioris Ducis Brun-
fuicensis, numero ferè item quatuor millium. Qui-
bus connumeratis potuit censerì Comes Buranus
paulò minus quam octo millia equitum secum ad-
duxisse.

16 Pons naualis super Danubium ad Ingolsta-
dium stratus est.

17 Cæsar uniuersum exercitum de Ingolsta-
dienti agro partim per pontem naualem, partim per
sublicium opp. in alteram usq; ripam traduxit.

18 Illinc cum exercitu discessit usq; Zweiringam
pagum, ad

II.

Vsq; huc ab Ratispona omnia in Bauaria.

19 Vsq; Nuburgum opp. Palatini transijt, ad I.

Id oppidum Ducis Othonis Henrici Comitis Pa-
latini, sub ipsum Cæsaris aduentum se dedidit: ex-
actisq; aduersæ partis, quæ inerant præsijs, Cæ-
sareana intromissa recepit.

23 Vniuersus exercitus partim per sublicium op-
pidi pontem, partim per pontes nauales, paulò su-
pra oppidum, usq; in alteram Danubij ripam tran-
sijt, ad milliare

S.

24 Illinc usq; Marxheimium pagum Palatini
astra

castrametatus est, ad I.

2 Octobris, Cæsar cū uniuerso exercitu de Mar-
xheimensi campo per syluam, relicto ad sinistram
Danubio, usq; Monhem, oppidum Ducis Bauariæ
discessit, ad IS.

3 Illinc per syluam, & iuxta Windingam oppi-
dum Othonis Henrici Comitis Palatini, & per
Vernitium fluuium transiens, usq; Alere & Fessene
pagos comitis ab Oetinga, uno milliare citra Nord-
lingam perrexit, ad IIS

4 In iisdem castris permansum est, & ea die ma-
ad primam statim lucem, hostium exercitus ad di-
midium mill. iuxta, ab altero Degeris fluuij margi-
ne à Verdena Danubij ueniens, uersus Nordlingam
transibat. Stetitq; noster omnis penè & pedestris
& equestris miles, castris uersus eam regionem fer-
mè usq; ad fluuium eductus, à nona hora ferè ad ho-
ram à meridie quartam in ordine conflictario. Li-
mosus & fallax fluuij alueus, periculosum ex im-
prouiso transitum habebat. Et nebulae erant usq;
ad decimam crassæ.

5 A meridie circa horam secundam illinc castra
mota sunt & usque Abbatzouium pagum, Comi-
tis ab Oetinga, ad Degerem fluuium translata, ad
milliare S.

21 Octobris, cum uniuerso exercitu de Abbatz-
houio discessum est inter montium angustias secun-
dum Vernitium fluuium usq; Donauerdam Imperij
oppidum, quod nocte præcedente missio de inopi-
nato milite Italo sub Octauio Farnesio Duce Ca-
merini, & adsultu subito instituto ad deditiorem
postu-

postulatum, se bene manē ad ipsum diluculum de-
didit, ad milliaria ij

12 Illinc per pratorum, agrorumq; ad Danubi-
um patentem planitiem discedens, ad Delingam
usq; oppidum Episcopi Augustensis, castramet-
tus est, ad milliaria iij

13 Circa horam nonam ante meridiem de Delin-
gensi agro discessum, iuxta Lauringam & Gon-
delfingam oppida Ducis Othonis Henrici Comi-
tis Palatini, per Brensam pagum & fluuium, usq;
Suntheimium & Bechingam pagos, dicti Palatini
ad alteram Brensæ ripam, Castra promota sunt,
ad milliaria IS

erenabat Ultima Octobris Cæsar cum uniuerso exercitu
de Suntheimio & Bechinga pagis ad Lauringam
& Delingam oppida, Castra remouit, ad mil-
liaria IS

11 Nouembris, fuerunt adlata noua de uictoria
Regis Rom. contra Saxones, apud Plauam oppi-
dum Voitlandiæ. Cuius rei gratia fuerunt ex-
onerata tormenta bellica in signum lætitiæ & io-
cunditatis.

13 Nouembris hinc Castra remouens, ea paulò
supra Dwitteflingam pagum Episcopi Augustensis
transtulit ad IS

23 Nouembris Cæsar ad horam tertiam post me-
dium noctis præmisso nonnullo & leuis & grauis
armaturæ equitatu ante medium noctis, cum uni-
uerso exercitu, signo discedendi per contubernia
occultè insinuato cum interminatione, ne castra suc-
cenderentur, quad tamen ab omnibus non est ob-
seruatum,

seruatum, Lantgrauium fugientem persecutus est ad unum milliarium penè usq; Herberdingam monasterium, ubi Lantgrauus ea nocte castra fixerat: fuitq; ea nox tota acri & acuto gelu, niue plurima & ualidis Borealibus flatibus infesta ac turbulenta. Redijtq; eadem die cum toto exercitu, cum in persequendo ulterius, haud ita se multum profecturum tum quidem consideraret, in relictis ad Dwitteßlingam castra. In quo reditu factum, ut qui primi essent, postremi fierent: & postremi, primi. Incommodiusq; cum illis tum actum, qui nidos suos contra uetitum temere succensos, iam crematos repererant.

25 Cum uniuerso exercitu ex Dwitteßlingano agro discessit usque Nereshem opp. Com. ab Oct.

26 Usq; Bopfingam Imperij oppidum, ad ij
Huc uenerunt Legati Nordlingensium ac deditioem fecerunt.

27 Ex Bopfinga missus est à Cæsare Nordlingam Cardinalis Augustanus ad capiendam eius oppidi possessionem, simulq; ad prouidendum rebus Sueuiae in absentia Cæsareæ Maiestatis.

29 Bopfinga discessit usq; Dinchelßpyhelam Imperij oppidum, ad ijj

Prima Decembris Dinchelßpyhela discessit usq; Liggershusium, ad IIS

2 Usq; Rotemburgum ad Tuberim fluuium, elegans Imperij oppidum, ad ijj

12 Decembris, Comes Burensis cum suo exercitu ab Rotemburgensi campo discessit uersus Francofurdiam ad Menum fluuium, ut hostem perqueretur,

queretur, eamq; ciuitatem occuparet, quod ab illo
ita factum est.

15 Decembris Cæsar cum reliquo exercitu Ro-
temburgo discessit usq; Kirchbergam, ad IIS.

Ibiq; Neapolitanus recens & integer grauis ar-
maturæ equitatus trecentorum equitum ad Cæsa-
rem peruenit.

16 Illinc usq; Halam Sueuorum, antiquum Impe-
rij oppidum perrexit ad IIS.

Hoc oppidum inter sublimes & præruptos mon-
tes situm, natura loci ita munitum, ut nusquam cir-
cum ipsum in uicinijs quidem castra ulla defigi que-
ant, nec machinæ bellicæ ad quatiendos muros com-
modè, & admoueri & collocari. Cocherem fluuium
se perfluentem habet. In eo salinæ sunt celebres,
sicuti in omnibus ferè locis, quæ hoc nomine uocan-
tur, quod origine græca uenit, ἅλς enim sal est.
Vnus hic fons aquæ falsæ est perpetua scaturigine
ubertim ebulliens, qui officinas salinarias, in quibus
sal coquitur, centum undecim exercet.

19 Venerunt Halam Legati Ulmensium, qui sup-
plices in terram prostrati, deditioem fecerunt.
Et intercessoribus Iohanne Paungartero ciue Au-
gustensi, Wofgango Raët Præfecto peditum, &
Laurentio ab Altenstaig Cæsaris commissario, in
gratiam recepti sunt.

Hic biduo post Fridericus Comes Palatinus Ele-
ctor ad Cæsarem supplicabundus uenit.

23 Decembris, Cæsar Hala discessit usq; Aurin-
gam ad milliaria III.

24 Decembris illinc usq; Hailbrunnam, hoc
est, Salu-

est Salubrem fontem, Imperij ad meridionalem
Neggeris ripam elegans oppidum profectus, ad
milliaria

II.

In hoc oppido exuberantissima saturigine fons
est, septem grandibus æneis sistulis erumpens. Eum
salutiferum uocant, unde & ipsi oppido nomen,
Hail salus, brun fons, super ipso huiusmodi distich-
on inscriptum cernitur.

Fonte salutifero manantes undiq; uenæ,
Monstrat æterni munera sancta Dei.

Inest & turris templi, recenti quidem, sed arti-
ficiofa & eleganti structura, in cuius fastigio &
apice sub ipsa horologij campana, supra quam ma-
xima lapidea statua, ipsum turris apicem claudens,
imposita stat, inscriptio operis, anni & Cæsaris
est, quam in itinerario de urbium descriptionibus
referemus.

28 Venit Hailbrunnam Fridericus Comes Pala-
tinus Elector

29 Venere Legati Francfordiensium.

30 Stutgardia Wirtembergiæ metropolis, missis
legatis, se dedidit.

3 Ianuarij Tubinga alterum Wirtembergici
Ducatus, uel ob studiorum florentem academiam
clarum ac celebre oppidum, missis legatis, se de-
didit.

1547

12 Ianuarij uenerunt Legati Campidonensium,
Memmingensium, Bebracensium, Isenacensium,
Wangensium, & Rauenspurgensium, supplicisq;
facti sese dediderunt.

18 Cæsar Hailbrunna discessit usq; Marbachium
oppidum

oppidum in Wirtembergia ducatu, ad III

Wirtembergia ducatus unus totius Germaniae commodissimus habetur, ac ueluti flos atque medulla Germaniae, in se solus omnium pene rerum in primis necessariorum copiam habens, ueluti frumenti, uini, pascuorum, pecudum, piscium, lignorum, metalli. In eo castrum est, à quo totus Ducatus nomen habet, Wirtembergum, inter Esselingam & Canstadium, sic dictum lingua Germanica ex tribus conflatis uocibus, Wirt am berg, hospes, hoc est, pandochæus seu œnopola, qui uinum uendit, & quo suis hospicio suscipit, ad montem: quod olim unica tantum domus ad montem esset, quam tabernarius inhabitavit,

19 Hinc usque Esselingam perelegans Imperij in Wirtembergia ad Septentrionalem Neggeris marginem oppidum processit, ad III

20 Usque Geppingam oppidum Wirtembergiae, ad milliaria III

21 Usque Geislingam, Ulmensium in Wirtembergia oppidum, inter quatuor excelsos montes adstrictum & angustiatum, ad III

Venti e= 25 Geislinga discedens, usque Ulmam, Imperij rant & ad Septentrionalem Danubij ripam, magnificentissimum & præclarum oppidum, ad III

tum. 27 Venerunt Ulmam Legati Augustensium.

29 ijdem facti sunt Cæsari supplices, & in gratiam, intercessore Antonio Fuggero, recepti. Eademque die uenit Henricus Episcopus Wormatiensis & Frisingensis.

30. Ianuarij, uenit Ulmam Maximilianus Comes Bui-

mes Buranus.

6 Februarij Dominus Granuella discessit uersus Burgundiam.

9 Februarij adlata sunt noua de morte Regis Angliæ, qui obiit 28. Ianuarij.

14 Discessit Cardinalis Augustanus.

16 Vita defunctus est Hillebrandus Baro à Masdrutz 10. signorum peditum primarius.

20 Vita defunctus est Iohannes Nauus Lucemburgensis, Vicecancellarius imperij.

25 Celebratæ sunt exequiæ funebres Reginae Vngariæ & Bohæmiæ, Regis Romanorum uxoris, quæ mortua est in fine Ianuarij.

4 Martij sub horam undecimam ante meridiem uenit Ulricus Dux Wirtembergiæ, seseque eadem penè hora supplicem ad Cæsaris pedes demisit, & in gratiam certis conditionibus receptus est. Eademq; die mox deinde inter duodecimam & primam, Cæsar Ulma discessit, usq; Giengam Imperij oppidum, impignoratam Ulmensibus, ad IIII

5 Martij illinc usque Nordlingam, Imperij in Riesa in fertilissimo circumquaque campo perelegans & munitum oppidum transiuit, ad III

18 Martij uenerunt Nordlingam Legati Argentinensium, qui 21. Martij supplices facti, deditio- nem fecerunt, & in gratiam recepti sunt.

21 A meridie sub horam secundam, Cæsar Nordlinga discessit usq; Oetingam, oppidum Comitum eius loci, ad II

32 Usq; Gunzenhausium, oppidum Marchionis Brandenburgensis in Onolsbach, ad III

C 23 Vsq;

23 Vsq; Schwabachium, oppidum eiusdem Mar-
chionis Brandenburgensis, ad IIII.

24 Vsq; Nureimbergam, florentissimum totius
Germaniæ, celeberrimumque Imperij oppidum &
Emporium, super utranque Begnesis ripam situm,
quod Celtes primus Germaniæ poëta & copiosè
& eleganter descripsit, ad II.

29 Martij, Cæsar Nureimberga discessit usque
Hersbrugam opp. Nureimbergensium, ad VIIII.

Eadèmq; die adlata sunt noua de morte Regis
Gallorum, qui obiit 21. Martij.

30 Vsq; Vilsseggam, oppidum Episcopi Bamber-
gensis in Palatinatu, ad IIII.

Inter hoc oppidum & Nureimbergam urfi mul-
ti sunt & grandes, sicuti in multis Voitlandiæ ac
Thuringiæ, atque etiam in nonnullis Franconiæ
partibus.

Prima Aprilis illinc per subleuatum inter per-
petuas paludes (in quibus maximi, latissimique ce-
spites cum stantibus & crescentibus arboribus atq;
dumetis innatant, diceres insulas esse aquis circun-
fusas, cum tamen natitent, & huc illuc uagi uentis
impellantur) aggerem usque Weidam in inferiore
Palatinatu progressus, ad IIII.

20 Aprilis, per Nouum oppidulum (Neustetle)
Baronis ab Heydeck, per montes, ualles, siluas &
paludes, usque Dirschenretam oppidum Abbatis
in Saxenwalt, qui hodie est Episcopus Londensis
& Constantiensis, aquis stagnantibus circumfusus
munitum, ad milliaria IIII.

Hic Rex Romanorum & dux Mauricius cum
exercitu

exercitu 1100. Hungarorum, quos uulgus Hussar=
dos uocat, & penè 2500. aliorum equitum, se cum
Cæsare coniunxerunt.

5 Aprilis, illinc per montes, ualles, siluas & pa=
ludes cum uniuerso exercitu usque Egram, anti=
quum olim Imperij oppidum, & emporium non i=
gnobile, nunc sub Rege Bohæmorum impignora=
tum, progressus, ad III.

6 Rex Romanorum & Dux Mauritius eodem
cum suo exercitu uenère.

7 Dux Cliuensis Egram ad Cæsarem uenit, in=
tercessurus pro Sororio ad impetrandam ipsi à
Cæsare gratiam, quam certè obtinisset, nisi æquè
pertinaciter ille in rebellionè interim usque perre=
xisset.

12 Aprilis, Dux Cliuensis Egra discessit.

13 Aprilis, Cæsar unà cum Rege Romanorum,
cum uniuerso exercitu Egra inter montes & siluas
discessit usque Adorffium Regis Bohæmiæ oppi=
dum in Voitlandia, ad IIIS:

14 Illinc usq; Plauam Voitlandiæ oppidum Du=
cis Saxonie, ad IIS.

15 Hinc usque Reichenbachium pagum, ad II.

16 Inde usque Dwerdam, Misniæ oppidum antè
Vilhelmi Domshirnij, nunc uerò Ducis Mauricij,
semi milliar. ab Zwicca pereleganti & splendido
Voitlandiæ oppido, ad milliare I.

17 Usque Gersam pagum iuxta Glucham oppi=
dum in Misnia Baronis de Schonberg, ad II.

18 Usque Dolsenheimium & Genansteinum pa=
gum & castrum ducis Mauricij, è regione Roch=
litij

litij oppidi, nobilium de Einsedel, ad iij
 19 Vsq; Lutenheimam & Schwartzbachium
 pagos, ad ij
 20 Vsq; Leisennicham Regis Bohæmiæ opp.
 admoldam fluuium, ad IS
 Nebulæ. 21 Ad alteram Moldæ ripam, Et fuere ea die
 densæ nebulæ usq; ad horam nonam.
 Nebulæ 22 Vsq; Houen & Ganam Pagos, ad IS
 erant. Qua & ipsa die fuere ad nonam usq; nebula.
 23 Ibidē permansum est, fuerunq; & ea die usq;
 ad decimam tenebrose & perdensæ nebula.
 Nebulæ 24 Aprilis, manē sub ipsum statim diluculum
 erant. illinc discessum usq; Pausenitium & Schirmitium
 pagos, ad Albim fluuium è regione Mulburgij
 oppidi, ad alteram ripam siti, infra Strelam Ca=
 strum, ad milliaria ij
 Fueruntq; ea die usq; ad horam fermē duodeci=
 mam, densissimæ ut nunquam antē magis nebulae:
 Solisq; deinde post nebularum disparitionem to=
 tum eum diem prodigiosē sanguinolentus, instarq;
 igniti & candentis ferramenti terribiliter ruti=
 lans, ut horrorem quendā intuenti facile incutere
 potuerit: uisusq; ille dies ex multorum obseruati=
 one, omnium lentissimē decedere: adeò ut solem
 aliquandiu substitisse, nonnullis uisum sit. Eademq;
 die traducto per fortuitum Albis fluuij uadum e=
 questri exercitu, Cæsar fugientem ab altera ripa
 Iohannem Fridericum ducem Saxonie rebellem
 per Costorpium & Wencendorpium, & Schmer=
 chendornam, & Falkenburgum pagos, usque Lo=
 cheranam myricam & Schwinardam syluam, ubi et
exercitus

exercitus ducis fusus est, & ipse captus, ad quatuor
fermè milliaria insecutus est. Atq; deinde post me-
dium noctis inter primam & secundam, in Schir-
mitium pagum ad castra reuersus est. Numerum
annorum Domini huius anni, in quo tam mirabilis
rerum euentus emicuit, hoc disticho inclusi.

Tres sunt Eclipses, Regina, & Gallus, & Anglus
Decedunt, Hesus, Saxoq; Marte cadunt.

ITEM ALIUD DE SOLIUS DUCIS
SAXONIAE CAPTIVITATE.

Electo capitur dux praeside Caesare Saxo,
Quarta uicena dies mensis Aprilis erat.

27 Aprilis, Caesar Pausenitio & Schirmitio pa-
gis, cū uniuerso exercitu discessit usq; Matschenū,
& Debeltium, & Cranichum, & Medderschium,
& Wasingam, dispersim collocatis castris, pagos,
ad milliaria IS

28 Illinc iuxta Torgam Misniae oppidum Ducis
Saxoniae, in quo est castrum amoenissimum, splen-
didissimūq; usq; ad Nidam, & Elsenigam, & Pol-
uitium, & Treblitum pagos in Saxonia, castrame-
tatus est, ad milliaria ij

29 Usq; Broschuitum & Weruelitium pagos
ē regione Prettini oppidi, ad alteram Albis ripam
siti, profectus, ad I

30 Per Sachs, & Breetsh, & Merschuitum, &
Scheruitium pagos, usq; Trebitium pagum & ca-
strum transijt, ad milliaria IS

Prima Maij, iuxta Kembergam oppidum Du-
cis Saxoniae in electoratu, & Dornan, & Roqui-
tum,

tum, & Wachsdorpium pagos, usque Melsuitum,
& Brunam pagos perrexit, ad IS.

2 In iisdem pagis permansum est, & pons naua-
lis super Albim ad quartam milliariis partem infra
Vitembergam stratus est.

3 Illinc iuxta Vitembergam quæ est Metropolis
in Electoratu, ab altera ripa sitam, per siluarum,
pratorumq; interiacentium amœnitates usque Ble-
seram uillam, ex aduerso pontis naualis penè ad
quartam milliariis partem distantem, discessum est,
ad milliare I.

Huius oppidi simul & Augustæ Rheticæ descri-
ptionem, ociu nacti, uno libello dabimus.

4 Ad primam statim lucem illinc per pontem na-
ualem primum exercitus traduci cœptus est: dein-
de impedimenta totum eum cum toto penè sequen-
ti die, & usq; Besteritium pagum ad dimidium fer-
mè milliare transitum: in & circum quem pagum
castra disposita sunt, quarta parte milliariis ab op-
pido Vitembergensi, ad plagam occidentalem.

18 Maij Cæsar misso in oppidum commissario de
deditione proponi iussit.

19 Frater captiui Ducis unà cum altero filiorū
& aliquot ex consiliarijs oppido egressus, in ca-
stra ad Ducem Albanum primum uenit, deinde fa-
cto cum fratre prandio, in oppidum reuersus est.

20 Idem iterum cum iisdem egressus ad Ducem
Albanum uenit, habitoque colloquio, se rursus in
oppidum retulit.

23 Maij, manè ad horam octauam Vitember-
genses deditionem fecere, dimissisque captiui sui
Ducis,

Ducis, quæ inerant, præsidijs, Ducis Mauritij quatuor signorum peditum præsidia intra mœnia receperunt.

24 Vxor captiui Ducis cum uno filiorum & fratre mariti oppido egressa, primum ad Cæsarem supplicabūda uenit, deinde ad captiuum maritum, in ducis Albani castris agentem, transijt, quo salutato, rursus in oppidum redijt.

25 Manē rex Romanorum cum suis copijs discessit uersus Pragam Bohœmiæ, seditione tumultuantem.

Eadēque die à meridie Cæsar Vitembergam ingressus, qua perlustrata, redijt sub inumbrantem iam noctem in castra.

27 Manē ad horam sextam, captiuus Dux cum ipso duce Albano Vitembergam ad uxorem transijt, bonis & Electoratu renunciaturus, simul & de rebus suis cum uxore ac liberis dispositurus.

28 Bombardæ unā cum omni munitione castrensi & bellica, oppido euehi cœptæ sunt.

29 Dux Camerinus discessit uersus Italiam.

2 Iunij, Cæsar rebus Saxonis feliciter gestis, uetera castra trans flumen ad Bleserum uillam repetiuit.

4 Iunij, Cæsar Ducem Mauritium Electorem, totiusq; Saxonie Ducem declarauit.

7 Cum uniuerso exercitu illinc discessit usq; Greuenhofium in Electoratu oppidum, ad II.

8 Vsque Bitterfeldam in Electoratu, natura loci ac situs ob aquas circum stagnantes munitum oppidum processit, ad milliaria II.

9 Ibidem

9 Ibidem loci ob corporis Christi festū quieuit.

10 Illinc discessit usque Halam Saxoniam in Archiepiscopatu Magdenburgensi, ad III

Hæc ciuitas Archiepiscopo Magdenburgensi seu Parthenopolitano subdita est, ad orientalem Sa-
lae fluij ripam condita in decliui & conuexa ualle:
ob salis, qui ibi coquitur, copiã, percelebris. Nam
quatuor fontes aquæ falsæ habet, qui exercent offi-
cinas salinarias 103. Circum eam ager undique fœ-
cundissimus est frumenti, pascuorum, uinorūque
ad Salam fluuium, ut ueluti quædam Germaniæ me-
dulla is tractus dici possit.

12 Iunij, Seditio militum Germanorum & Hispanorum feruentissima, non sine summo penè ipsius
Cæsaris, eiusque nepotis Maximiliani Archiducis
Austriæ, iuxta oppidū, fermè ad fossas exorta, quæ
cum summa difficultate ab ipso Cæsare, tum casu
bona in campis existente & interueniente, sedari
& componi potuit. De qua re in actorum huius
belli commentarijs plenius referemus.

luebat. 13 Ernestus dux Brunswicē. Cæsari supplex fa-
ctus in gratiam redijt.

18 A meridie inter sextam & septimam uenit Ha-
lam ad Cæsarem Philippus Landgrauus Hessiæ,
unã cum Ioachimo Marchione Brandenburgensi,
& Mauritio Duce Saxonie, Electoribus. Eadem-
que penè hora uenit Henricus Dux Brunswicensis.

19 A meridie circa horam quartam, Landgra-
uius supplex Cæsari factus est.

22 Dux Albanus cum Hispanorum exercitu, &
captiuis Iohanne Friderico Duce Saxonie, ac Phi-
lippo

lippo Langrauiō Hessiæ, cūnque omni munitione
castrorum, bombardis, pontibūsq̄ naualibus dis-
cessit.

23 Iunij, Cæsar Hala discessit usque Muchellum,
ad milliaria III

24 Usque Numburgum ciuitatem in limitibus Sa-
xonie, Episcopi Numburgen. ad II

25 Per montes & ualles usque Ienam oppidum
Thuringiæ, ad milliaria III

26 Per montes & ualles, crebrōsq̄ Salæ fluuij
Meandros usque Cael oppidum, ad IS

Hic tempestas aëris inter tertiam & quartam à
meridie uehemens cum fulmine & tonitru coorta
extitit. Atque hinc Marchio Maringanus cum o-
cto signis peditum à Cæsare uersus Pragam Bohæ-
miæ missus ad Regem Romanorum, quò biduo post
Regem peruenit.

27 Per montes ac ualles, Salæq̄ sinuosa uolumi-
na usque Salueldam oppidum antiquum & quon-
dam celebre, dum ibi quidem ex Othonibus Impe-
ratores residerent.

28 Per montes & Thuringianam siluam usque
Greuendalium oppidum profectus, ad II

Hoc oppidum in ualle inter montes & siluas si-
tum, circum se ursos habet.

29 Ibidem permansum est caussa refectionis &
quietis.

30 Per saxa, montes & ualles inter siluarum al-
ta utrinque cacumina usque Nustadium in limitibus
Thuringiæ oppidum admyriam, progressus, ad
milliaria IIII

Serena=
bat. Prima Iulij usque Coburgum Franconia oppi=
dum, Iohannis Ernesti Ducis Saxonie sub feudo Im=
perij, castrametatus est, ad II.

Hic Philippus Comes Palatius ad Cæsarem ue=
nit. Estq; uia plana & commoda hinc usq; Nurein=
bergam.

2 Iulij, Vsq; Rotelsdorpium processit, ad IIII.

3 Per Mœnum fluuium usq; Bambergam, ad II.

III Circum hanc ciuitatem & uina satis bona &
Glycirrhiza radix, quam uulgus Liqueritium uo=
cat, in copia crescit.

4 Ibidem quieuit.

5 Vsq; Forchemium in Franconia oppidum, Epi=
scopi Bambergens. ad milliaria IIII.

Hoc oppidum uulgus fabulatur Patriam Pilati
fuisse, ob montem ibidem eius nominis, nonnullosq;
adhuc circum agros, cum tamen fieri possit, ut alius
interim quispiam eiusdem nominis ibidem uixerit.
Nec desunt, qui contendant illum circa Mogunti=
am natum fuisse. Sed probabilior fortasse eorum o=
pinio uideri poterit, qui putant illum in Ponto na=
tum esse, & propter malam administrationem pro=
uinciae, relegatum à Cæsare in Galliam Lugdunen=
sem ad Allobrogos inter Viennam Gallicam, ad
Rhodanum fluuium, & Lugdunum.

6 Iulij, Illinc usq; Nureimbergam Imperij urbem
profectus, ad

14 Legati Hamburgensium supplices facti dedi=
tionem fecerunt.

16 D. Granuella uenit Augustam.

17 Dux Albanus cum Hisp. & captiuis principi=
bus

bus Nureimberga discessit.

18 Cæsar Nureimberga discessit usque Roëtam
Marchionis Brandenburgensis in Onolsbach op=
pidum, ad milliaria IIII

Eodémque die Cardinalis Augustanus cum mul=
ta nobilitate ingressus est Augustam, & in suo Epi=
scopali palatio à Senatu cum muneribus magnificè
exceptus.

19 Vsq; & weissenburgum Nortgoiæ Imperij op=
pidum, impignoratum Nureimbergensibus, ad mil=
liar a III.

20 Vsq; Monheimium in Riesa oppidum Comi=
tis Palatini, in quo incolæ ferè omnes sunt acuarij,
ad milliaria III.

21 Vsq; Verdam Danubij seu Donauerdam Im=
perij oppidum, ad III.

22 Vsq; & weissendorpium in Rhetia, pagum
Episcopi Augustani, ad III.

23 Inlij, Vsq; Augustam Rheticam, Imperij in=
ter Lechi (quem Lycum ueteres uocant) & Vertæ
(quem Vindam falso nonnulli uocant) fluuiorum
confluxum, ciuitatem, ad III.

Hic Cardinalis Augustanus obuiam ibat Cæsa=
ri, tanquam Episcopus ipsum excepturus. Quem
subsecutus est totus Senatorius ordo, similiter i=
psius Maiestatem excepturus. Porrò qua ratione
hanc urbem Rheticam, & non Vindelicam adpel=
landam putauerim, in eius, quam dabimus, descri=
ptione ostendemus.

Decasti-

DECASTICHON

MAMERANI DE PERE-

GRINA HVIVS MVN-

DI VITA.

Vt peregrinantis vita est subiecta procellis

Aëris, & uarijs undique pressa malis:

Nostra procellosi uario sic turbine mundi,

Voluitur incertis anxia uita modis.

Qui cupit ad sedes transferri aliquando beatæ

Vitæ, ac felices usque uidere dies,

Hic peregrinando mortali in corpore, semper

Æternam uitam cogitat, atque Deum:

Huic sunt in terris celsi commercia cœli,

Atque animo Angelicos huc uidet usque caros.

IN QVENDAM

HVIVS ITINERIS CAES

SARAEI CAVILLATOREM,

QVI PRAE CONTEMPTV,

nescire se ait, quónam illud nomi-

ne adpellare deberet, nec

ad quid ualeat,

scire se:

Nomine quo adpelles hunc, uir praecclare, libellum,
Cum nescire te ais, si placet, ipse dabo.
Si tibi non dignus, teneat qui nomen honestum,
Censetur, stercus, quisquiliásue uoces.
Vsque adeo postquam diuini Caesaris illud
Displicet, ac tantum, uir bone, sordet iter.
Et nescire simul dicis, bene sobrius, ad quid,
Scire hoc conducat, quídue ualere queat.
Hinc me ridendum cunctis exponier ipsum,
Dicis, & hinc fame damna futura meae.
At tibi, uel cuiuis, quantum ridere libebit,
Per me, crede quidem, liberè & usque licet.
Caesaris hoc iter est, atq; hoc ego duco uocandum
Nomine, ni tu aliud nomen habere uelis.
Et placet hoc multis, nisi quòd tibi displicet uni,
Atque uiris claris, magnificisque placet.
At tibi quantumuis, uir nam praecclarus haberis,
Atque tui simili, sordeat usque licet.

IN CEMENTA

NAVIVS TITIVS CAE

BARAEI CAVILLATOBEM

GLVIBRARCONTENTV

nescire se ait, quoniam illud nomen

ne appellare debet, nec

ad quid sciat,

scire se:

Nomine quo abbellas hunc, ut praecare libellum

Cum nescire te sis si placet, ipse dabo

Si tibi non dignus tenet, qui nomen honestum

Conferat, hunc quidquid illius nomen

Vt quod adeo possit non dicitur Caesaris illud

Difficili, ac tantum, ut hoc, fordat iter

Et nescire simul dicit, hoc solum, ad quid

Scire hoc consistat, quid sit valere dicit

Hinc me ridendum, quod exponit ipsum

Atque, ut hinc sine dicitur, hinc

At tibi, vel cuius, quam non videre libebit

Per me, erede quidem, libere et usque licet

Caesaris hoc non est, atque hoc ego duo nomen

Nomine, ut tu dicit nomen habere velis

Et placet hoc nomen, nisi quod tibi difficit non

Atque nris claris, magis, si placet

At tibi, quoniam, ut nomen praecare habet

Atque tui simili, fordat usque licet




9
Pc 2089

ULB Halle 3
004 551 397




f
Sb.











B.I.G.

Farbkarte #13

Blue	3/Color	Black
Cyan	White	
Green	Magenta	
Yellow	Red	

no. 920

CAROLI
 OMAN. IMP.
 TER EX INFERIORE
 NIA AB ANNO M. D. XLV.
 AD COMITIA APVD AVS
 M RHETICAM INDICTA
 M. D. XLVII. QVO VS
 E SINGVLIS DIEBVS
 T AD QVOT MIL
 LIARIA PER
 RBXERIT:

AB

FRANO LVCEMBVRGO
 OTATVM, IAMQVE
 NVO REVISVM AV
 CTVM ET EMEN
 DATVM.

ANNO
 M. D. XLVIII.

